

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Dominica 5. Post Epiphaniam. De zizaniis in medio tritici seminatis, quæ  
Christus ipse Dominus declaravit esse malos hic viventes inter bonos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

in ore meo, DICANT semper, magnificetur Dominus, SEMPER, magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. Non putabant illi videlicet se posse unquam, nisi se, per magnificarent: tu vero secus credes? Tu in pio saceris quidem, sed in adversis non æquæ Deum laudabis! Deplora hanc impietatem, & ut deinceps caveas, disce quod ait sanctus Augustinus, Breve mysterium, ut semper laudes Deum, vero que corde non falso dicas, Benedicam Dominum in omni tempore. Breve mysterium est scilicet, ut noviter cum misericorditer dare, cùm dat; misericorditer auferre, cùm tollit; nec te credas à Misericordia derelinqui, qua tibi aut blanditur dan-

in P. 144

do, ne deficias, aut te corripit exultantem, ne perreas. Sive ergo in ejus donis, sive in flagellis laudau eum: laus flagellantis, medicina est vulneris.

Sic quondam Rex ille potentissimus qui aebat: Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico & glorifico regem Cœlum quia omnia opera eius vera, & via ejus iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare: Quasi diceret, æquæ in adversis ac prosperis magnificandus est, quia æque in ipsis magnus est & omni dignus magnificientia. Sic Darius ejus successor decreto propter ea facta, ut in universo imperio & regno, tremiscant & pareant Deum Danielis. Ipse est enim Deus unicus, & eternus in secula.

Ibid. 6.

## DOMINICA QUINTA

POST EPIPHANIAM,

NISI SIT SEPTUAGESIMA.

DE ZIZANIIS IN MEDIO TRITICI  
SEMINATIS, QUÆ CHRISTUS IPSE DO-  
MINUS DECLARAVIT ESSE MALOS  
HIC VIVENTES INTER  
BONOS.

Dum dormirent homines, venit Inimicus, & superseminalavit Zizania, in medio tritici. Matth. 13.

### VERITAS PRACTICA.

Sicut non sunt amanda vita, propter amicos homines: sic non sunt odio habendi homines, propter eorum vita.

RATIO EST, Quia idcirco non sunt amanda vita propter amicos homines, ne affectum nostrum preferamus Deo, qui vetat vita. Sed si odio haberemus homines propter eorum vita, si affectum nostrum preferremus Deo, qui vetat illud odium.

Ergo nec sunt amanda vita propter amicos homines, nec sunt ulli odio habendi homines, propter eorum vita. Quod tamen in praxi est rarum.

### I. PUNCTUM.

SIMILE factum est Regnum cœlorum ho-  
mini, quis seminavit bonum semen in agro

suo. Vide quod reliquum est parabolæ, & quam Christus ipse Dominus explicacionem assert, codem Capite, ubi hæc inter alia; Bonum semen hi sunt filii regni, Zizania autem filii sunt nequam. Hinc porro est cruta Veritas multum practica. Ut neque sint amanda vita propter homines vitirosos quos diligimus, neque sint odio habendi homines propter eorum vita, que detestamur. Hoc enim saepè accidit bonis, qui inter malos versantur, ut vel hos oderint, si non amant eorum vita: vel si hos amant, non fugiant eorum vita, sed foveant, & quodammodo contemnacarent: Quod utrumque validum damnosum est, & exæquo cavendum propter eandem omnino rationem.

Nam quid est quod non sint amanda vita propter amicos homines? Hoc primò est ex pendulum, quod si facilius intellectu, unde aliud patet apertius. Quid autem illud est, nisi quod appetit vegetur à Deo vita, quæ si amaremus propter homines quos amamus, tunc

**I. Reg. 2.** tuus ipsos homines affectumque nostrum manifeste præferremus Deo, quod planè nefas est, & ipso quod amaremus vitio vitiolus est aliquid, propter contemptum Dei tanto hic expressius creaturæ posthabiti, quanto expressius propter creaturam offendetur. *Magis honorasti filios tuos quam me!* ò gravissima quæ à Deo fieri potest expostulatio!

**Matth. 5.** Hie erat oculus erundus, hæc abscedenda manus, & pes truncandus, ne scandalo nobis esset, ut aptè ad rem nostram interpretatur S. Hieronymus. *S: quis, inquit, ita est tibi conjugatus, ut manus, pes, oculus, & est uilis atque sollicitus: scandalum autem tibi facit, & propter dissonantiam morum te pertrahit in gehennam; melius est, ut & propinquitate ejus & emolumentis carnalibus careas, q' am dum via lucrifacere cognatos & necessarios, causam habeas ruinarum. Cui assimilatus me, & adequa sti, & comparasti me, & fecisti similem?* Expende quantis utitur verbis idem significantibus, ut rem magis exageret, & probium inde resiliens magis confundat & acuat.

## II. PUNCTUM.

**Levit. 19.** **S**ED si odio haberemus homines propter eorum vita, sic affectum nostrum preferremus Deo qui vetat illud odium.

**Exod. 23.** **N**ON oderis, inquit in Levitico, fratrem tuum in corde tuo, id est quereliber proximum, etiam adversarium & inimicum. Unde & in

**Matth. 5.** Exodus expressè habet; *Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientem te, jacore sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo. Quamobrem*

*quod dixit Christus in Evangelio, audistis quia dictum est, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: non erat hoc dictum quasi ex lege, neque hoc ullibi scriptum est, sed falso addiùm à Scribis & Phariseis, qui per proximum diligendum male intelligebant amicum, unde & inferebant, odio habendum esse inimicum; contra quos ipse Dominus: Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui*

**Rom. 12.** *oderunt vos. Et Apostolus; Si esurierit inimicus, eiba illum, sitie potum da illi. Ex quibus tam manifeste patet vetari odium proximi, quam ejus vita; cumque illud odium, cuiuscunque persona sit, non minus sit passio & affectio cordis, quam amor proximi vitiolus, nonne hinc evidens est quod si quem oderis propter vitia, sic affe-*

*Haynenfue Pars prima.*

stum tuum præferas Deo, sicut si hominis amares vitia propter amicum hominem?

Sic universum dictum est à Sapiente; *Ne accipias personam, ut delinquas: Id est, ne ratione cuiusquam personæ Deum offendas, sive id fiat per excessum seu defectum, sive per amorem nimium, aut per odium, nihil refert, cum nullo modo o sit delinquendum propter personam aliquam.*

Atque hinc in hodierna parabola, Paternalia suorum correxit impetum, qui zizania volebant ex agro evellere. *Ne forte, inquit, colligentes zizania, eradiceris simul & triticum; sinite utraque crescere usque ad messam: Quasi diceret, volo simul malos cum bonis vivere.*

Nam, ut ait S. Augustinus, boni, dum sunt infirmi, opus habent malorum commixtione, ut per

*L. de qq. Evang.*

eos exerceantur, aut eorum comparatione invitentur ad melius. Et tursim Multi primò zizania sunt, postea sunt triticum qui nisi patienter tolerentur dum mali sunt, non sunt triticum. Itemque

*In Ps. 54.*

alibi fusi. *Ne putetis gratis esse malos in hoc mundo, & nihil boni de illis agere Deum. Omnis*

*malus aut ideo viruit ut corrigitur, aut ideo vi-*

*vit ut per illum boni exerceatur: uinam ergo quinos modò exerceant, conuertiantur, & nobis- cum exerceantur: tamen quandiu ita sunt ut exerceant nos, nou eos oderimus: quia in eo quod malus est quis eorum, utrum usque in finem perseveraturus sit, ignoramus; & plerumque cum tibi videris odisse inimicum, fratrem odisti, & nescis.*

Nec dicas, id tibi esse nimis grave & onerosum; Nam in tuum etiam commodum lex illa lata est. *Sicut enim veteris odisse alios, ita & alii prohibentur, ne te oderint. Quid dulcius quam ab omnibus diligi? quid gravius quam vel apud unum in odio esse! & hoc tibi bonum procuratur. Si neminem oderis, nemini eris*

*Luc. 6.*

*odiosus: Quæ enim mens à mens fuerit, sàdem & remenetur tibi. O nos iniquos & injustos, qui nullum nostri odium non injustum credimus, & nullum nostrum odium non justum re-*

*putamus!*

## III. PUNCTUM.

**S**ICVT ergo non sunt amanda hominum vitia, propter amicos homines: sic non sunt odio habendi homines, propter eorum vita: quia ex utroque Deus perinde offenditur, qui proximi odium non minus prohibet, quam vitiam ejus

Bb

amicitiam.



*Prov. 23.* amicitiam. *Præbe;* inquit, *síli mi,* cor tuum mihi,  
Et oculi tui vias meas cùs Bodiant, id est, sic om-  
nino mihi volo à te cor præberi tuum, ut jam  
tuum non sit; neque illo pro suis utaris ad amo-  
rem, vel odium cuiuscunq[ue] alterius personæ  
vel creaturæ nisi prout volero. Itaque si tibi  
dixerim. Volo diligas proximum, sed non ut ejus  
vitia diligas; sic omnino est diligendus, nec ali-  
ter: Volo ut oderis proximi vitia, sed ita, ut  
proximus non sit habendus odio; sic prorsus  
odium est exercendum, neque ultra ad perso-  
nam effundendum, quia cor nostrum, non no-  
strum, sed Dei est, quo neque plus neque minus  
ad amorem vel odium uti possumus, quām si  
res aliena esset, quæ invito rationabiliter Domi-  
no non est usurpanda. *Tolle quod tuum est &*  
*vade.* Aut non licet mihi quod volo, facere?

*Matt. 20.* Quod si audias Davidem dicentem, *Iniquos*  
*odio habui;* Audi & eundem se explicantem;  
*Perfecto odio oderam illos,* id est, licito, & bene  
composito, non odioendo personam sed vitia; sic  
enim licet & oportet eos odisse, imo & patrem  
ac matrem & quoscunq[ue] alios, qui se saluti  
nostræ opponerent, ut est in Evangelio. Sed an-  
tum ita sit perfectum odium diligenter expen-  
de; Multi enim hic decipiuntur, qui zelum pù-  
tant, & bene compositum in improbos odium,

*Pf. 118.**Pf. 138.**Matt. 10.**Luc. 14.*

cū tamen merum sit vitium. Rectè enim Sa-  
piens: *Abstundunt odium labia mendacia,* id est,  
obtegant, & p[ro]prio quodam motivo prætexunt,  
ut nullum appareat odium vel non vitiosum;  
Et falluntur, mentiuntur, merum est odium:  
quidquid ore dicant, ita in corde est.

Sic amor virtutum in amicis non sepe putatur vi-  
tium, quia nolles forte idem omnino perpetua-  
re, nolles sic jurare, sic derrahere, sic mentiri: sed  
quia Virtuoso nimis arrides, non satis cum arguis  
& prohibes, tibi ejus impuratur vitium. & ea-  
dem te pœna manet. *Digni sunt morte,* inquit  
Apostolus, *non solum qui ea faciunt, sed qui con-*  
*sentiunt facientibus;* U[er]o de & idem: *Nolite com-*  
*municare operibus infructuosis tenebrarum,* ma-  
gis autem redarguite. Hoc est amore virtutum, si  
non odisti ut debes; nec odisti ut debes, si non  
arguis, quantum potes iuxta illud Scripturæ:  
*Argue eum, ne habeas super illo peccatum.* Sic  
planè hoc est odire proximum, si non amas ut  
debēs: non amas autem ut debes, si debita Cha-  
ritati negas officia. Vide quæ in particulari, &  
quantum in his deficias, ac suspira cum Davide;  
*Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me,*  
& ab alienis parce seruo tuo. Si metu non fuerint  
dominati, tunc immaculatus eo, & emundabor à  
delicto maximo. Tremenda certè verba.

*Rom. 1.**Ephes. 5.**Pf. 18.*

## AD EADEM EVANGELII VERBA.

*Cum dormirent homines, venit inimicus.* Matth. 13.

Contra excusantes imprudentiam seu defectum advertentiae.

### VERITAS PRACTICA.

Ne putas te bene semper excusatum, cum dicis:  
Non putabam.

*RATO declaratur fusus in tertia parte, feria*  
*tertia, infra hebdomadam Octavam post Pen-*  
*tecosten.*

*Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt*  
*& Zizanta.*

Contra eos, qui vel condemnant malos quibuscum vivunt, vel  
eos imitantur.

### VERITAS PRACTICA.

Nec propter alios à bono te excusabis: nec  
quemquam alium propter te accusabis.

*HABETUR fusus declarata in tertia parte, Feria*  
*secunda, infra hebdomadam decimam quar-*  
*tam post Pentecosten.*

*Acce-*



Accedentes autem servi patris familias dixerunt ei: Domine nonne benum  
semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet Zizania.

Contra imperfectiones & negligentias nostris bonis operibus  
intermixtas.

VERITAS PRACTICA.

Maledictus qui facit opus Dei negligenter, seu  
fraudulenter.

Vide in quarta parte Feriam secundam,

& sequentes infra hebdomadam vigesimam  
septimam post Pentecosten.

Videri etiam possunt quæ hac proximè se-  
quenti hebdomada referuntur, de beneficiis  
vocationis contra ingratis, seu contraria male-  
gerentes in officio.

Inimicus homo hoc fecit.

VERITAS PRACTICA.

Si Tentatorem permiseris ingredi, non se per-  
mitter egredi. Facilius ejicitur quam ex-  
cluditur.

In secunda parte, Dominica prima Quadragesima.

DE EODEM, ALIA VERITAS.

Quod monet Sapiens: Eris eruditus in omni-  
bus, aut eris contra dæmonem rudis in om-  
nibus.

Servi autem dixerunt ei: vii imus & colligimus ea? Et ait, Non:  
ne forte colligentes Zizania, eradiceris simul cum eis  
& triticum.

Contra zelum indiscretum.

VERITAS PRACTICA.

Scientia sine zelo, arma sine milite: zelus sine  
scientia, miles sine armis.

In secunda parte, Feria secunda infra hebdoma-  
dam Quinquagesima.

DE EODEM, ALIA VERITAS.

Non in commotione Dominus, & non in igne  
Dominus.

In quarta parte, Sabbato infra hebdomadam de-  
cimam sextam.

HAC HEBDOMADE, occurrit Consideranda Vocatio Sancti Marthæ Apo-  
stoli, ex cuius historia sex eruuntur Veritates in singulos dies proponendæ, quæ  
spectant ad singularem uniuscujusque vocationis statum, ut in eo suæ saluti & per-  
fectioni commodè vacet; Quod est maxim opere intelligendum.

Bb 2

FERIA



## FERIA SECUND A.

DE SANCTI MATTHÆI, NOSTRAQVE  
VOCATIONE, IN QUA EST SALUTIS  
NOSTRÆ SUMMA.

Cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, sequere me: & surgens sequutus est eum.

Matth. 9.

## VERITAS PRACTICA.

Salutis animæ nulla est certior certitudo, quam in certo vocationis gradu attingendo.

RATIO EST. Quia nulla est certior salutis certitudo, quam in medius ad eam comparandam à Deo ordinatis fideliter observandis. Sed nullibi media illa fidelius observantur, quam in certo vocationis gradu attingendo. Ergo salutis animæ nulla est certior certitudo, quam in illo certo gradu. Sic proinde quanta est nobis cura certificanda salutis animæ, tanta esse debet huius certi gradus attingendi.

## I. PUNCTUM.

**Q**UAM sit admirabilis, quam eximia, & prope singularis Vocationis S. Matthæi, tu attentius expende ex omnibus circumstantiis. Vir erat additissimus lero, seu pecuniis undequaque congerendis, & ex ille genere hominum qui Publicani dicebantur, erantque odiosi omnibus, & præsertim Judæis. Quid Christo Domino, cum tali Viro: aut quid isti viro cum Christo Domino? Quam parum idoneus Evangelio videbatur! Quam multi alii censerentur aptiores! Sed Domini est assumptio & vocationis nostra. VOCAT ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destruant, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius.

Pf. 88.  
1. Cor. I. & vocationis nostra. VOCAT ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destruant, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius.

Hunc ergo Jesus vidit hominem sedentem in telonio, & vocatum ad se sequendum, tantæ virtute pertraxit, ut illico surgens sequutus eum fuerit: Et paulo post annumeratus inter duodecim Apostolos, ac primus etiam Evangelista factus est. O bonitatem & potentiam vocantis Christi! O dociilitatem & felicitatem vocati Apostoli!

Sic nos omnes variis modis ad se Christus vocat, sed non sic omnes vocantem audiunt & sequuntur. Vocavi & renuisti; extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, quod scilicet dire. Et & singulariter eum vocabim, quod extendebam manum meam, ut demonstrarem statum virtutis destinatae, & certum in eo vivendi gradum & modum, quo mihi deserviret, & sua saluti consuleret. Pauci sunt omnino qui cum virtutem degendæ statum, quem Christus velle, sequuntur: & ex illis paucis paucissimi & rarissimi, qui in eo statu præfixum sibi gradum attendant, & teneant: & tamen in eo pertingendo summa est salutis nostræ, summum periculum si defecerimus, summa expectatio, & certior certitudo si ed pvernerimus, aut pvenire contendamus.

Hæc est veritas modò expendenda, quæ quanti momenti sit, jam satis patet, & patebit clarissim ex allata ratione, quæ sic habet. Nulla est certior salutis certitudo, quam in illis mediis fideliter observandis, quæ Deus unicuique ordinavit ad eam comparandam. Notandum illud unicuique, quia videlicet præter illa communia quædantur omnibus, sunt Gratiæ quædam singulares, & particularia dona quæ à Deo unicuique conferuntur in quoconque sic vita statu, ut pertingat ad illum singularem gloriae gradum, cui est prædestinatus. Certum est enim quod ait Apostolus, Sicut est alia claritas solis, alia claritas lune, & alia claritas stellarum; sicut etiam stella differt à stella in claritate, sic & beati omnes in celo sunt diversa beatitudinis gloria differentes; Unusquisque, inquit, in suo ordine. Et quia ibidem gratia est semen gloriae, & apta præparatio ad gradum beatitudinis cuique destinatum, idcirco debet ipsa gratia & quæ illam comitanus Salutis media esse particularia & singulare, ut sicut in celo per gloriam unusquisque habet suum ordinem! ita in terra suum habeat per gratiam,



*1. Cor. 7.  
Ser. 6. in  
Nat.  
Dom.*  
ut sint omnia proportionata & sibi correspondentia. Sic aperte idem Apostolus: *Unusquisque proprium donum habet ex Deo, aliud quidem sic, aliud verò sic. Et sanctus Leo, habent singuli vocatorum ordinem suum.*

*Iob 3.* Quibus ita declaratis, quid evidentius, quam quod habet propositio, nullam posse haberi certitudinem salutis comparanda certiorem, quam si certis illis mediis, & particularibus gratia nobis ordinatis fideliter sumus, & constanter inhaeremus, ut neque plus unquam, aut minus attentemus, sed hoc unum quod velit Deus, velimus, & quod nolit nolimus. Hoc est illum lequi, hoc est illi adhæcere, hoc est posse dicere quod de se Job affirmabat: *vestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodire, & non declinavies ea; à mandatis labiorum eius non recessisti, & in sinu meo abscondi verba oris eius. Quo quid certius? quid securius? Ut è contra, si quis inde deflecat: ut his qui dereliquerunt vias rectas: & divertierunt in vias pravas. Et quid facient cum inspicere cœperit Dominus?* Quidquid damni, quidquid periculi accidat, hoc unum respondeatur: *Numquid non ifud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum, et tempore quo ducebat te per viam; Expende illud & aplica tibi hoc Te singulare.*

*Eccles. 2.  
Ier. 2.*

## II. P U N C T U M.

**S**ED nullibi media illa fidelius observantur, quam in certo vocationis gradu attingendo.

Dicitur certus Vocationis gradus, Munus quoddam particolare seu officium & ministerium ad quod quis aptus, & applicatus est in suo vocationis statu; *Sic in Apostolico statu diversi sunt gradus Petri & Pauli, aliud est gradus Andreae, aliud Iacobi & Joannis, ut praecellens sanctus Gregorius Nazianzenus, ubi post multa de hac diversitate in rebus majoris momenti, tum etiam in minoribus sic reperi demonstrat. Reliqua, inquit, moderatio, ordinisque disciplina quanta? aliud Petrus interrogat, aliud Philippus, aliud Iudas, aliud Thomas, aliud alius quispiam. Negue aut idem omnes, aut omnia unus sed vicissim a singulari. Sic S. Augustinus, explicans fuisus quod refert Apostolus de diverso membrorum officio in toto corpore. Videris, inquit, quid faciat anima in corpore, omnia membra vegetar, per oculos videtur, per aures audiatur, per narres olfactur, per linguam loquitur, per manus operatur, per pedes ambulet, omnibus simul adeat membris ut vivant, vitam*

*Orat. 26.  
3. Cor. 12.  
Ser. 186.  
de temp.*

*dat omnibus, officia singulare. Non audit oculus, non videt auris, non videt lingua, nec loquitur auris & oculus: officia diversa sunt. Sic est Ecclesia Dei in aliis hoc, in aliis illud, singuli propria operantur.*

Ex quibus sancti Patris verbis non modo constat, quid sit certus singulorum gradus, nempe illud proprium & particuiare quod habent singuli ut operentur: sed ex his etiam evidenter patet, quid sit attingi certum illum gradum, quando quis scilicet recte, & laudabiliter suo illo proprio munere fungitur. *Uode Apostolus: Dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in Domino, ut illud impleas.* Coloss. 4.

Jam vero quod in illo attingendo gradu, seu adimplendo ministerio, tam fideliter obseruantur illa salutis nostrae media de quibus dictum est, ut nullibi fidelius ac certius teneantur, patet ex eo quod inclusa sint & intexta quodammodo illi certo gradu, adeo ut prope unum & idem esse videantur ista duo, *Tenere proprium salutis medium, & Rectè defungi suo munere; cùm unum in alio includatur; diversa tamen sunt, cùm possis habere illa media, certumque illum gradum obtinere in quo te exerceas; nec tamen te in illo exerceas, aut nisi perfunditor & negligenter, sic que non attingas gradum, nec media rite observes.*

Atque idcirco expressè dicitur, media illa observari non in gradu simpliciter, sed in gradu attingendo, id est in fidei eius administratione, quod est vocationis propriæ respondere, quod toties ab Apostolo commendatur: *Videte vocationem vestram. VNICVQVE sicut divisisti Dominus: unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesiis doceo; UNUSQUISQUE in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat: Ac rursum etiam paulo post & particularius. Unusquisque in quo vocatus est, in hoc maneat apud Deum. Quasi diceret, in hoc uno præ ceteris peragendo constanter haeret, quia cum ad illud præcipue sit a Deo vocatus, nihil aliud potest esse tam certum, in quo secundum Deum se occupet, quam in illo certo Vocationis sunt gradu. Non enī vocat & deserit, sed quo ipse particulariter & determinatē vocat illuc particulares & determinatas affigit gratias, auxilia & media quibus qui vocatur, tam certè salvetur, si fideliter & constanter iis utatur, quam certè periclitatur de salute, si dum aliud agit hoc prætermittit.*

*ICor. 2.  
Ibid. 7.*

*Hoc unum denique quod in vinculis positus, Ephes. 4.  
Bb 3 quod*



quod postremum, quod summum omnium suis  
incolat Apostolus; Obsecro vos, ego vincetus in  
Domino, ut dignè ambulet uocatione, qua voca-  
ti es sis, cum omni humilitate, mansuetudine &  
patientia. Quod & sanctus Basilius egregè è:  
*In Conf. cap. 2.* Qui à Deo, inquit, seoptat juvari, is nunquam  
deserat quod se addecet officium suum; qui autem  
hoc facit, divino auxilio nunquam destitutur,  
id est, illo divino auxilio, quo quis particulatum  
indiget ad salutem, quod tam certo conjunc-  
tum est cum officio rectè administrato, quam  
quis certo illud rectè administrabit. Expende  
singula cum affectu.

## III. P U N C T U M.

*S*ALVATIS ergo anime nulla est certior cer-  
tudo, quam in certo vocationis gradu attin-  
gendo: quia nullibi certius observantur cer-  
ta media, quae cuique Deus ad salutem compa-  
randam ordinavit; namque ad salutem tutor &  
securior ulla esse via potest. quam si hæc salu-  
tis media, diligenter observes, Et retribuet  
mihi Dominus secundum justitiam meam. Se-  
cure loquitur David, quia scilicet, custodiri vi-  
as Domini, per quas ille me ducebat. Tum  
quod omnibus ad hunc finem propositum, sic pau-  
lò post Deo confitetur; Cum Sancto, sanctus  
eris, & cum electo electus eris, & cum perver-  
so perverteris. Quasi diceret talem se præstat  
Deus hominibus, quales & ipsi se Deo. Si Fi-  
deles sint sua vocationi, suo muneri, suo rite  
defungendo ministerio, sic erit Deus ipsi fi-  
delis; Sin contra se pervertet, & aliud quam  
ab ipsis vellet Deus, quantumvis pium & san-  
ctum videretur, ipsi velint; Deum nolentem  
& repugnantem sentient.

*Rom. 8.* Quod & præclarè sanctus Bernardus confir-  
mat ad illa verba Apostoli, Quos prædestina-  
vit, hos & vocavit; quos vocavit, hos & ju-  
stificavit, & glorificavit; Ibi enim observans  
*Serm. 7.* vocationem ponit velut medium pontem, quod  
in Ps. qui transitur à prædestinatione ad justificationem  
habitat. & glorificationem, id est, ad salutem; sic

pergit; Hoc via bona, nihil super ejus sine ti-  
mendum, non tibi sunt hujus via suspicita no-  
vissima, perge securus, tanto vividius, quan-  
to certius ea jam propinquare videntur, nempe  
TENES MEDIA, quomodo non novissima pro-  
pingquarent?

Quanti verò sit periculi ab hac tantisper via  
declinare, sic præclarè sanctus Gregorius ad illa  
verba libri Job, Quis posuit mensuras ejus se no-  
sti, vel quis terendit super eam lineam? CVM L. 28. m. 8  
mira, inquit, consilio Anchör & diophistor nostrar  
huic illa largitur, qua alii negat: alii hac done-  
gat, qua isti largitur; mensuras sibi positas egra-  
dinitur, quisquis posse plus quam accepit, co-  
natur. In precipitio pedem porrigit; qui men-  
surarum suarum limitem non attendit; & ple-  
rumque amittit & quod poterat, qui audacter  
ea, ad quæ pertingere non valet, arripere festinat.  
Nam & membrorum nostrorum tunc bene mini-  
sterii utimur, cum sua eis officia distinctè serua-  
mus. Videri possunt quæ antè fusiùs, & post  
aptissimè prosequitur, unde ad primum maxime  
permoveri debes cum gratia Spiritus, ad offici-  
um qualecumque tuum religiosius obcundum.  
Sic enim utilitas inde emanans proponitur, ut si  
desis, detimenta certissima, & horrenda se-  
quantur pericula. Contentus esto tuā sorte,  
cave ultra quam velit Deus, assurgas. Altiora Ecclesi-  
ae ne quasfieris, & fortiora te ne crucifixus fueris:  
sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, &  
in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. Quid  
ad te de illo, & illo. Sic illum volo manere, do-  
nec veniam: quid ad te, tu me sequere. Tu of. Ioann. 21  
ficium tuum cura & exequere. Ne sis ex illis de-  
quibus dicitur: Sat rectè faciunt omnia,  
præter illud quod debent  
facere.

Vide Dominicam secundam Adventus.

¶ 8. ¶ 8.

FERIA



# FERIA TERTIA.

## DE GRATITUDINE ANIMI PRO BENEFICIO VOCATIONIS.

*Et fecit ei convivium magnum Levi, in domo sua. Luc. 5.*

### VERITAS PRACTICA.

**G**ratitudo animi nulla formari potest digna beneficio vocationis, nisi se animus dignè conformet vocationi.

**R**ATIO EST, *Quia nulla digna formari potest animi gratitudo pro quovis accepto beneficio, si non est gratus & acceptus Benefactori animus.*

**S**ed nisi animus recolentis beneficium vocationis, se dignè conformet vocationi, non est Deo Benefactori suo gratus & acceptus.

**E**rgo nec ab eo nulla formari potest animi gratitudo digna beneficio vocationis, nisi se animus dignè conformet vocationi; *Quod quidem tam est necessarium, quām neceſſe omnino est, nos non esse ingratis Deo.*

### I. PUNCTUM.

**S**UNT quidem omnes gratiae & divina beneficia grato animo recolenda; sed beneficium vocationis quod alia omnia continet, præcipuum meretur gratitudinem. *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in celstibus in Christo; sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate.*

**E**phe. I. Sic itaque sanctus Matthæus, qui & alio nomine Levi dicebatur, gratum se exhibere voluit Christo Domino, à quo vocatus fuerat ad se secundum, dum ante quam renuntiaret omnibus suis, magnificum dormi convivium jussit apparari, quo palam testaretur non modò ipsi Domino, sed & omnibus suis concubibus, & præcipue publicanis, quos idcirco ad prandium invitavit, se beneficii maximi loco ducere, sic omnibus relatos pauperem Christum sequi.

*Sed longe gratiorem se ipse præbuit, cùm se*

dignum Apostolum & dignum vocatione suā se p̄st̄tit; In hoc enim posita est vera gratitudo, ut beneficio recte utaris ad mentem & intentionem benefactoris; *Quod adeo verum est in re p̄senti quam tractamus, ut quidquid aliud dicatur aut fiat ad gratitudinem, Gratitudo animi nulla formari possit digna beneficio vocationis, nisi se animus dignè conformes vocatis.* Hac veritas p̄cedentem valde confirmabit, & disponet ad sequentem. Ratio autem est facilis, quantum p̄cipue spectat ad hanc primam ejus partem, qua dicitur nullam esse animi gratitudinem pro accepto beneficio, nisi animus recolentis beneficium sit benefactori gratus & acceptus.

Nam si non est gratus ejus animus, quomodo erit gratus? Nonne hæc inter se ita pugnant, sicut esse gratum & ingratum? quomodo vero poterit ingratus gratitudinem exhibere? *Nunquid sors de eodem foramine emanat Iacobis.*

*dulcem & amaram aquam?* inquit S. Jacobus. Posset quidem esse hæc & simulata quedam gratitudo, sed hæc non est animi, quale n̄ hic volumus. Ut sit autem animi gratitudo, debet omnino animus esse gratus, nam ipse est animus qui exhibetur, cum gratitudo animi exhibetur; unde si non esset gratus animus, tam verè nulla esset gratitudo animi, quām si nulla omnino esset gratitudo. *Numquid potest Fratres Ibidem* mei, ait idem Apostolus, *sicut uvas facere, aut uitis fieri?* sic neque salsa dulcem potest facere aquam: Quasi diceret; *Nunquid insensus & ingratus animus potest facere gratitudinem?* Et sic ut si amara dulci misceretur aqua, dulcem ipsam, amaram faceret; ita si quid non gratum gratitudini misceratur, totum ingratum faciet.

### II. PUNCTUM.

**S**ED nisi animus recolentis beneficium vocationis, se dignè conformet vocationi, non est Deo benefactori suo gratus & acceptus.

Cum

Cum enim id unum maximè velit Deus, ut conformetur vocationi nostræ vivamus, quisquis se non conformat suæ, nonne canticum à Dei voluntate se disjungit, quantum à sua vocatione se distrahit? Quis sic autem se disjungit à Dei voluntate, quomodo possit ei esse gratus & acceptus? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiendum manu vestra.

Mal. 1. Deinde vero cum per propria vocationis officia nos Deus vellet regere, tamenque à nobis gloria gradum exigeret, quem ipse ordinarat in illo particulari ministerio, & non alium quantumvis sublimorem: si quis hac reliqua vivendi via, siveque deserto curru & odiue, sibi quem fungit alio, multo incedere, nunquid Deo potest esse gratus & acceptus? Cum veniretis ante conspectum meum, quis quasi viri de manibus vestris? Vt filii desertores, dicit Dominus, ut facerent consilium & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum.

Iff. L. Denique cum divina gratia subministratur abundantissime ad vocationis debitum recte persolvendum, non ita vero ad aliud quod ultra suscipitur, quomodo is esse acceptus poterit, qui tot neglexit gratias? Quomodo is esse gratus qui sine gratia lese ad opus ingerit? Non bid. 30. Ter. 23. e. Cai. ut. mittebam prophetas, & ipsi surrebant; non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Hinc aperte I. Is. sanctus Basiliscus: Inter ea que odio prosequitur Dominus, unum hoc est, signe & iners orium, seu cessatio ab his que nos ex officio attinet facere.

Orat. 26. Unde sanctus Gregorius Nazianzenus: Quid Pastoris munus tibi arrogari si orvis sis? Quid caput efficeris, cum pes sis? Quid exercitum ducero aggrederis, cum in militia ordinem adscriptus sis? Quasi dicteret, hoc planè inordinatum est, hoc ingratum Deo & invisum: quasi possis tibi aliquid melius, quam quod ordinavit Deus: aut quasi peius reputes quod est tibi melius ordinatum! Itant de Deo sentire velles?

### III. P U N C T U M.

**G**RATITUDO animi nulla igitur formari potest digna beneficio vocationis, nisi se animus dignè conformet vocationi; Quia hic animus aliquoquin non potest esse Deo gratus; & ab animo minimè grato non magis exhiberi potest gratitudo, quam ab ingrato; cum non minus interesse pugnent, in hac materia, non esse gratum Deo, propter negligitam vocationem, atque es-

se ingratum. Sicut enim qui fidesiter vocationi responderet, satis se gratum Deo praestar, etiam si nullas agat illi gratias, quia hoc maximè intendit Deus & expectat ab unoquoque, ut quemadmodum vocatus est, ita & ambulet: sic plane qui non ita constanter ambulat, quidquid in gratiarum actionem proferat, non potest esse gratiosus, non potest esse gratus, non potest non esse ingratus; quia non reddit quod præcipue debet, & quod imprimit exigitur. Et nunc Israel, post accepta scilicet tota beneficia quæ commemorata sunt, quid Dominus Deus tuus perist à te, nisi sit times Dominum tuum, & ambules in via ejus, & diligas eum? Quasi diceret, in nocte mihi gratum exhibebis, si ambules in viis meis: aut certè si ab eis dilectas, tum me tibi offensum, & te mihi tum ingratum existimat: Filios enim & exaltavi, ipsi autem spreverunt me! Iff. 1. Cognovit vos possessorum suum, & asinus preseppe Domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit!

Deinde non deerant illis psalmi & sacrificia, quibus laudarent Deum, sed quasi nihil hæc apud Deum essent, non desinunt esse ingratiti, quia non reddunt quod ab illis maximè Deus exigebat. Quo mibi multitudinem vicinarum ibid. vestiarum, dicit Dominus: plenus sum

Atque ipse psalmorum Regius Scriptor, quam multis gratitudinem suam Deo indicat: Quam scepè illud Eucharisticum ingemirat: Benedicam Dominum in omni tempore: Deum qui beneficuit mihi. Et tamen non aliter quam ut ingratus, quam ut beneficiorum immemor à Prophe- 2. Reg. 13. ta Nathan arguitur, quia videlicet declinaverat à viis Domini, Deo erat insensus & odiosus, nec tum psalmi ejus tantam gratitudinem Deo exhibebant, quantam ipse peccato suo protulerat ingritudinem. Nihil aquæ placebat Deo in Davide ante peccatum, quam ejus fidelitas in omnibus obseruandis à Domino sibi constitutis. Hæc omni psalmorum cantu suavior divinas celebribat laudes: atque ita dum peccato violata est illa fidelitas, quasi tacuisse vius est David à divinis laudibus celebrandis, Cessavit gaudium Iff. 24. tympanorum, quietus sonitus latantum, conticuit dulcedo cithara.

Sic dicuntur omnes creature benedicere Domino, quod, ut ait S. Hieronymus, à suo officio In Ps. 148. & servitio non recedant; servitius ipsorum, laus Dei est; & ergo erit & tuum; Quidquid egeris bene ige, & laudasti Deum, ait sanctus In Ps. 34. Augustinus; Et rursum. Lingua tua ad horam In Ps. 146. laudat,

*In Ps. 148* laudat, vita tua semper laudet. Cum uoce canaveris, filebis aliquando, vita sic lauda ut nunquam fileas. Itemque alibi fatus, & expressius, Laudate totis uoris, & totis uobis, id est non solum lingua, & vox vestra laudat Deum, sed & conscientia vestra, vita vestra, facta vestra. Tunc definit laudare Deum quando à Iustitia, ET AB EO QVOD ILLI PLACET, DECLINAS: nam si à bona vita nunquam declinas, lingua tua vacet, vita tua clamet, & aures Dei ad cor tuum. Quomodo enim aures nostra ad uoces, sic aures Dei ad cogitationes.

Nonne te felicem crederes, si de Deo semper cogitare, si Deum semper laudare posles? Cogita semper quæ tui sunt officii, & quæ cogitaveris semper execquere, sic fieri ut Deum semper cogites, & ipsum laudes. Quam miser ille contraria, qui cum posset, & deberet divinis vacare laudibus, alia omnia lubens volensque cogitat! Tu ille miser es, si tuo desis officio. Non est distractio mentis damnosior, quam sic à suo munere distrahi & averti. Vide in 2. parte, Feria tertia infra Octavam Ascensionis.

## FERIA QVARTA.

### DE PERFECTA MORTIFICATIONE SECUNDUM PROPRIAM CUJUSQUE VOCATIONEM.

Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?

Quare Discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt similiter & pharisaorum; tui edunt & bibunt? Luc 5.

#### VERITAS PRACTICA.

Non minus perfecta mortificationis, bene uti rebus, quam omnino non uti.

RATIO EST, quia tum perfecta mortificatione censri debet, cum appetitus perfectè subjectus est fricationi, & ratio Deo.

Sed bene rebus uendo secundum propriam cuiusque vocationem, non minus perfectè appetitus subjectus rationi, & ratio Deo, quam non uendo.

Ergo non est minus perfecta mortificationis, bene uti rebus, quam omnino non uti; ac proinde cum non possit omnino non uti rebus, curandus est bonus carum usus.

#### I. PUNCTUM.

**S**CRIBÆ & Pharisæi qui vel invitati, vel sua sponte convenerant ad convivium à S. Matthæo celebratum, murmurant contra Dominum, ejusque discipulos, quod non modo conversentur cum publicanis, & peccatoribus, sed cum ipsis etiam manduent & bibant, nec se vino aut escis omnino abstineant, Haynouſue pars prima.

sicut discipuli Joannis & Pharisæorum, qui toti erant in jejuniis & obsecrationibus.

Erat sanè quod mirarentur homines, Deum etiam incarnatum & hominem factum, sic inter homines voluisse vivere, ut cum ipsis etiā conviveret & manducaret: sed non erat quod propterea murmurarent, quasi illud vitæ genus minus esset perfectum, aut minus perfectæ mortificationis & virtutis. Audiemus sequenti meditatione, quid illis Dominus responderit; interim vero consideremus, quam verum illud sit, & ad praxim uniuscujusque vocationis appossum: Non minus esse perfecta mortificationis, bene uti rebus, sicut Christus & ius discipuli bene uerbantur, quam omnino non uti cum Pharisæis.

Ratio perit ut à definitione perfectæ mortificationis, quæ communis omnium qui de ea scripsierunt Patrum consensu, sic esse declaratur, cum appetitus perfectè subjectus est rationi, & ratio Deo. Id quod est in homine precipuum, inquit S. Augustinus, imperat ceteris quæ sunt nobis bestiisq; communia: atq; id ipsum quod excellit in homine, id est, Mens & Ratio, Posteriori subjiciatur, quæ est ipsa Veritas, unigenitus Filius Dei. Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superi.

L. 1 de Ser: Dom. ix  
Mont. c. 2.  
In senten-  
tia.

C.

viori

**ser. I. in quadr.** riori se ipse subjiciat. Sic S. Prosper: Dominetur vitiis ratio, subjiciatur corpus animo, animus Deo; & impleta est tota hominis perfectio. Sanctus quoque Leo: Si mens rectori suo subdit a terrena voluptatis incitamenta calcaverit, ordinatissum tenebit Ratio principatum: quia tunc est vera pax & vera libertas hominis quando ex caro animo iudice regitur, & animus Deo praeside gubernatur. Itemque rursus: Emundantes nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, ut castigatio collectationibus qua sunt inter utramque substantiam, animus quem sub Dei gubernaculis constitutum, corporis decet esse Rectorem, dominatio nis sue obtineat dignitatem. Denique sanctus Papae Gregorius paucis hæc omnia contrahens. Cum vel mentem Deo, inquit, vel carnem mentis subiugamus.

**L. 6. Mor. c. 16.** Ex quibus SS. Patrum testimoniis, quam facile est intelligere, quam sit perfecta mortificatio, tam facile est noscere utrum in te perfecta sit. Inquire tantisper, & ingemisc quā longè sis nō ab hoc sensu forte speculativo, sed practico: non ita verē subjiciens Rationi & Gratiæ tuos sensus, sicut verē seatis cum illis Patribus esse subdendos.

## II. PUNCTUM.

**S**ED bene rebus utendo secundum propriam cuiusque vocationem, non minus perfecte appetitus subjicitur rationi, & ratio Deo, quam non utendo.

**2. Petr. 1.** Cur enim non utendo sit ista duplex subiectio, nisi quia cū naturaliter appetitus properderet in usum rei, recinetur ista propensio Ratione, & Ratio dicit à Deo, seu à Gratia, quantum retinere debeat; unde S. Petrus: In scientia, inquit, ministrare abstinentiam, id est, dilectet, & rationabiliter secundum Deum, prout scitis in Domino. Sic plane in bono rei usu, qui sit tantum intuitu vocationis, cū ex naturali concupiscentiæ motu pars illa quæ sic utitur sensualis seu appetitus, appetere rem usurpare alio profus modo & fine, quam velit Ratio; Ratio cum Gracia cohibet hanc concupiscentiæ, & à propria vocatione tanquam ab interprete divina legis & voluntatis, novit quærum cohibeat. Sic monet Sapiens: Utere quasi homo frugi his quæ tibi apponuntur. Sic utebatur Apostolus dicens: Ego didicisti in quibus sum, sufficiens esse, scio & humiliari, scio & abundare, ubique & in omnibus infirmatus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penitentiam pati: Quasi diceret, perinde me ha-

beo in usu rerum ac non usu; nam dum rebus utor, sic utor ex ratione & gratia, ut tum non minus sim subjectus Deo, quam si non uterem. Itane tu qui tam facile conquereris, si quid in usu rerum pateris?

## III. PUNCTUM.

**N**OIN est ergo minus perfecta mortificationis, bene uti rebus, quam omnino non uti: Quādo scilicet sic exigit propriæ vocationis ratio, quia tum bene rebus utendo non minus perfecte, quam non utendo, appetitus subjicitur rationi, & ratio Deo, in qua duplice subiectione consistit tota perfectio. Quicunq; ergo perfecti Phil. 3: sumus, hoc sentiamus, inquit Apostolus; vel ut perfecti simus hoc sentiamus, sic enim addit, paulo post: Idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula: Imitatores mei estote, fratres, & observate eos quæta ambulant, sicut habetis formam nostræ. Atque ut video de re nostra esse sermonem, sic pergit: Multi enim ambulant, quos sape dicebâ vobis, nunc autem & flens dico, imiticos crucis Christi, quorū finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapient. Id est, multi sunt, qui non levant formam nostram in usu rerum, quia scilicet non illi statunt ex præscripto Rationis & Gratiæ, sed potius ex depravato concupiscentiæ motu, quod certè est deplorandum; Nam illis non interdictum natus, sed tantum inordinatus; sicutque si vellent ordinari rebus nati, sicut formam præscripti omnibus, non modo non peccarent in usu rerum, nec deficerent à perfectione Christiana, quin potius inde proficerent. Omnia Titi 1. mundi mundis, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. Rom. 14:

Nonne & hoc in te est deplorandum, qui jam toties de his monitus, non nisi ex affectu depravato res usurpas; nec, quid in usu rerum vocatione exigit, sed quid affectus, attendis? Non est hec apostolica vivendi forma tradita, non est illa via regula de qua jam supra S. Augustinus: Habet vir temperans in rebus hujus vita regulam utroque Testamento firmatam, ut eorum nihil diligat, nihil per se appetendum putet; sed ad vita hujus, arg. officiorum necessitatem quantum satis est usurpet VITENTIS MODESTIA, NON 3. Dott. AMANTIS AFFECTIV. Itemque alibi: In omnibus talibus non usus rerum, sed urentis libido in culpa est. Hæc autem libido sic coerceris potest & debet, ut deinceps non aliter nec alio fi-

nctio-



ne rebus ullis utatis, quam prout vocatio aucto  
rificium exigit vel permittet.

Non me vineant Deus meus, non me vineant  
caro & sanguis; non me decipiat mundus, non  
me supplanter diabolus. Ecce cibus, potus, ve  
tus & cetera utensilia, ad corporis sustentacion  
em pertinentia serventi spiritui sunt onerosa;

tribue talibus fomentis temperate uti, non de  
siderio nimio implicari. Vide quae hic plura san  
ctus habet Author: Nec tam mirare quam per  
fecte dicat, quam quod tam imperfecte facias  
quod perfecte dictum, & quod omnino facien  
dum esse, agnoscis.

L. 3. de  
Imit. Ch.  
cap. 26.

## FERIA QVINTA.

### DE BONO SENSUVM SEV SENVALIVM VSV, EX PROPRIA CUJUSQUE VOCATIONE.

*Et ait illis Iesus: nunquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu  
cum illis est sponsus? Matthi 9*

#### VERITAS PRACTICA.

Si quid interdum sensibus licet indulgetur, non  
ut sensuale est, sed ut est licitum, accipien  
dum est.

**RATIO EST.** Quia non sunt licita illicitè assu  
menda.

Sed si ex his que interdum sensibus à vocatione  
propria indulgentur, aliquid sumeretur ut est  
sensuale, licite illicitè assumetur.

Ergo non ut sensuale est, sed ut est licitum accipi  
endum est; sicque purificabitur usus sensuum,  
seu sensualium à propria eiusque vocatione:  
*Quod est ad primum valde opportunum.*

risus proposuerant, tum ut faciliorem redde  
ret rationem, cur suis permittebat usum vitæ,  
communem, ceteris, & non illum austerum  
ac strictum, qualcum ipsi Pharisei profitebantur;  
Nempe quod sicut tempore nupiarum aliquid  
indulgetur conciliandis inter se animis, sic ipse  
modo suis indulgeret; quasi ipse modo suas nu  
ptias celebraret, & quasi diceret, ut interpretatur  
S. Joannes Chrysost. gaudii tempore non sit in  
troducenda tristitia. Restoque observat idem  
sanctus Pater, Christum Dominum sic indicare,  
non esse gulæ quod siebat à discipulis, sed dis  
pensationis cuiusdam: Unde statim addidit  
Dominus, quod suo tempore, dum ablatus illis  
fuerit sponsus, jejunarent.

Sic porro fit inter homines etiam religiosos  
& spirituales, ut nonnulla indulgentius, justas  
ob causas, permittantur in una vocatione, quæ  
non in alia; aut uno interdum tempore, quæ non  
alio concederentur. Quid tum verò in tali usu  
sensuum seu sensualium? Nunquid gulæ, nun  
quid libidini & concupiscentiæ concedi debet,  
quod licet curando corpori, & animi remittendi  
concedi potest? Vide ne hoc tibi persuaderi  
patiaris, & audi veritatem propositam, vñ, se  
quid interdum sensibus licet indulgetur à sua  
eiusque vocatione, non ut sensuale est, sed ut est  
licet, purè accipiatur, & sincerè usurpetur.

Ratio quæ assertur, tam plana est & facilis ap  
prehensione, quam forte difficultis appetitivæ fa  
cilitati. Quid enim clarius ad intelligentiam,  
quam quod licet non sunt illicitè assumenda?  
id est, ferrari debet modus & finis, aliæque

C. 2. C. 2.

Iud. 14.

Ioann. 3.

**R**ESPONDENS Christus Dominus  
Phariseis murmurantibus de communi  
modo vivendi, quem ipse agebat, & cuius  
permittebat discipulis; *Nunquid pos  
sunt, inquit, filii sponsi lugere, quamdiu cum illis  
est sponsus?* Dicebantur filii sponsi propriæ ju  
venes illi, qui sponsi tanquam sodales olim ad  
hibebantur in nupiis, ut est in libro Judicum  
de Samson: Metaphorice verò, seu translati  
tiæ dicuntur Apostoli esse filii sponsi, quia sunt  
comites ipsius Christi, qui sponsus ab ipso Jo  
anne Baptista dictus est: *Qui habet sponsam,* in  
quit, *sponsus est:* Ad quod Ioannis dictum re  
spiciens Dominus, hac comparatione sponsi u  
sus est, tum ob discipulos ipsius Joannis qui  
præsentes aderant, & questionem cum Pha  
re



alioque circumstantiae sic necessariae, ut si desint in usu rei licita, jam non licet res usurpetur, jam non sit licita; quia non aliter licet, nisi servatis servandis, quae si minime observentur, tum Deut. 16. quod est licitum degeneret in illicitum. Iusque quod justum est persequeris, ait Scriptura? Et rursum: Qui enim custodierint iusta iusti, iustificabuntur. Denique in usu rerum omnium quae de se mala non sunt, ut pecunia, cibi, vestes, undenam peccari potest, nisi quia licita illicite usurpantur. id est, aliter quam usurpati debeant? Ut in concupiscentiis vestris in summis, ait sanctus Iacobus: hoc nempe est, quod inlicitum est illicitum, hoc est quod arguitur, hoc est quod non licet; & hoc est tamen quod magis appetis?

## II. P U N C T U M.

**S**ED si quid ex his que interdum sensibus à Vocatione propria indulgentur, sumeretur ut est sensuale, licita illicite assumerentur,

Sic enim sumptum sumeretur propter voluptatem & concupiscentiam, quae est radix malorum omnium, inquit Apostolus, quam & peccatum vocat, quod in se habitat; non quod in se, seu in habitu, & prout in nobis tantum est, sit peccatum: sed quod in actu sit causa peccati, ut quid quid humano actu ex ipsa inordinata sit, peccatum sit & illicitum. Et alibi postquam egit de punitis, & postratis in deserto, Israelitis: Hac autem, inquit, in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt. At certè quod illi concupierunt, non erat in se malum, sed tantum delectabile & sensuale, quod quia non alio fine quam voluptatis desiderarunt & postquam illud acceperunt a Deo, non ut acceptum, sed ut sibi delectabile & ut sensuale usurparunt, idcirco peccaverunt & puniti sunt, quia sic licita illicite assumperunt. Et concupierunt concupiscentiam in deserto, id est hoc unum concupierunt, ut concupiscentia satisfacerent, quod cum afferatur tanquam illatae causa penae, quis non videret esse illicitum?

Quod quidem dilucidè declaratur a S. Augustino in Confessionibus: Non ego, inquit, immunditiam obsoni timeo, sed immunditiam cupiditatis, scio Noë omne carnis genus, quod cibo esset usui manducare permisum: Heliam cibo carnis refelum: Ioannem mirabiliter abstinentiam prædictum, animalibus, hoc est locutus in escam cedentibus non fuisse pollutum & scio Esaï lenticulus concupiscentia deceptum, & David propter aqua desi-

derium à se ipso reprehensum, & Regem nostrum non de carne, sed de pane esse tantum, id estque & populus in eremo, non quia carnes desideravit, sed quia esse desiderio adversus Dominum murmuravit, meruit improbari. In his ergo tentationibus positus, certo quotidie adversus concupiscentiam manducandi & bibendi. Et quæ plura prosequitur, ubi adverte, quod ait populum non fuisse improbatum, quod carnes desideraveit, sic intelligendum esse, quasi diceret, si desiderio tantum naturali & non voluntariè inordinato desiderasset, non peccasset. Quod autem eas inordinatè desideraverit, patet ex murmure quod propterea concitat.

Quale verò esset hoc certamen quod se certare S. Augustinus, sic paulò antea descriperat, dicens: Et cum salus sit causa edendi & bibendi, ibidem jungit se tanquam pedis sequa, periculosa jucunditas: & pleramq; praire conatur, ut sis causa sit, quod salutis causa me facere vel dico, vel volo. Necidem modus utriusque est, nam quod salutis causa est, delectatione parum est, & sapientia certum sit, utrum adhuc necessaria corporis cura subsidium petat, an voluptuaria cupiditatis fallacia ministrium suppetat. Ad hoc certum bilare est infelix anima, & in eo preparari excusationis patrocinium, gaudens non apparere, quid satius sit in desperatione valetudinis, ut obtentus salutis obumbret negotiorum voluptatis. His tentationibus quotidie conor resistere, & invoco dexteram tuam ad salvarem meam.

Ex quibus, & aliis quæ addit, satis evidens est quantum ille timeret ne propter cupiditatem a liquidum sumere; nou modo ne excederet, sed ac etiam quod necessarium erat ad vitam, p. Opter voluptatem ullam acceperet; Quæ certè voluptas, in ordinario & mediocri vietu si est timenda, ut illicita: quanto magis in extraordinario, de quo hic loquimur, & de quo evitando Sapiens sic orabat Deum: Aufer a me ventris concupiscentias, & animo irreverentias, & in frumento ne trax das me.

## III. P U N C T U M.

**I**quid igitur aliquando sensibus licite indulgetur; non ut sensuale, est, sed ut est licitum accipiendū est; Quia talis sensualitas, quæ est manifesta concupiscentie inordinatio, manifeste est illicita, & non sunt h. circa illicite assumenda. Sicut enim aperte intemperans ille esset, qui plus ex quo comedederet aut biberet, sic planè is qui

*ex sola cupiditate, & puriori motivo vellet naturae satisfacere. Hæc est enim intemperantiae species, non minus illicita, quam alia: unde Apostolus post-commissiones & ebrietates exagatas, addit, Et carnis curam non feceritis in desideriis. Quod adeo verum est, ut in hac maxime virtute parre, totum penè vitium ponant sancti Patres. Gula vitium, inquit S. Basilius, non in escarum copia, natura sua vim exercere novit, sed in volupitate atque gustatu, licet mediocri admodum utare. Et S. Augustinus: In omnibus hujusmodi rebus, non ex earum rerum natura quibus urimur, sed ex causa utendi, & modo apprendi, vel probandum est, vel improbadum quod facimus. Sanctus denique Gregorius in moralibus: Antiquus hostis quia non cibum, sed cibi concupiscentiam esse causam damnationis intelligit, prius sibi hominem non carne sed pomo subdidit, & secundum non carne, sed pane tentavit.*

*Quia tamen in laitoribus cibis concupiscentia magis excitatur, idcirco tum præcipue invi-*

*gilandum est, ne præcedat, nec propterea comedatur, quia delectat, nec quia sensuale est quod permititur, usurpetur; sed purè quia permittitur. Possunt quidem alii occurrere probati finis, sed hic unus instar omnium ceteros comprehendit, & in praxi ad memoriam proclivis est. Dominus nobis prandium misit, Verè pius verè misericors. Sic S. Paulus Eremita cum S. Antonio. Sic vide ut deinceps sentias; Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus perficientes sanctificationem in timore Domini. Sic Justi epulantur & exultant in conspectu Domini: Contrà qui Deum à se & à sua mena excludunt: His sunt, inquit S. Judas, in epulis suis macule, convivantes sine timore, semetipso pascentes. Tob, 6. Hæc postrema Verba valde expendenda: cum quia gravius aliquid indicant quam putetur; cum quia tibi forte id indicant, ut prospicias. Statue cultrum in gutture tuo.*

*Vide suprà in Adventu, Dominicam quartam, & alibi, verbo Temperantia.*

2. Cor. 7.

Ps. 67.

Tob, 6.

Prov. 23.

## FERIA SEXTA. DE PRÆPARATIONE ANIMI AD QUÆLIBET ASPERA IN VOCATIONE FERENDA.

*Venient autem dies, cum ablatus ab eis fuerit sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Luc. 5.*

### VERITAS PRACTICA.

*Nisi probè paratus sis ad adversa, nec ad ipsa prospera benè paratus es.*

*RATIO EST, Qui nisi probè paratus sis ad adversa, signum est, te nimis affici prosperis. Sed nimis affici prosperis, non est ad ipsa benè paratum esse. Ergo nisi probè paratus sis ad adversa, nec ad ipsa prospera benè paratus es.*

### I. PUNCTUM.

**Q**UOD Christus Dominus de Apostolis suis dixit, venient dies, cum ablatus ab eis fuerit sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus, non modo Phariseos & alios murmurantes de communi eorum

vita, compescuit, affirmando futurum suo tempore, ut ipsi ieiuniis, orationibus, & aliis piis animi corporisque exercitationibus addicerentur; sed & ipsos Apostolos simul monitos fecit, ut se ad illud tempus paratos exhiberent, nec commodis rebus ita se praesente uterentur, quin se absente incommodis, & adversis æquè vellent exerceri. Quæ certè admonitio non cōspectabat solum, ut ad futura illa quæ passuri erant adversa, confirmarentur: sed ad ipsiæ letæ & prospera, quibus modo ex indulgentia quadam uebanus, temperate usurpanda multum valebat. Neque enim propteris benè usurpandis aptus est animus, nisi & adversis fortiter tolerandis aptetur: Et nisi probè paratus sis ad adversa, nec ad ipsa prospera benè paratus es.

Quod Pronunciatum quam sit ad proxim utile, satis patet; Quam sit vero verum, ut ad proxim facilius decidatur, Ratio quæ

Cc 3 affertur,

affetur, brevis & facilis, sic declarat.  
Nisi probè paratus sis ad adversa toleranda,  
manifestum est lignum, te nimis affici & dñe  
ri prosperis. Quid est enim quod non sit ad aspe  
ra paratus animus, nisi quia illa times & refugis?  
Unde verò illa times & refugis, nisi quia nimis  
amas commoda & molia, quibus te castrum  
& contraria affligendum vides? Quidquid enim  
diccas te facilius caritatum commodis, quam in  
comoda subiturum, nec te ita prosperis affici,  
quam adversis premi: hoc gratis dicitur: nec  
quidquam ordinariè aversamur nisi quantum af  
ficiunt ad id, quod illi est oppositum. Nam ut  
1.2.9.29. luctulentè docet S. Thomas post S. Augustinum,  
4.2. ex amore produnt cæteræ omnes passiones, at  
14. Crvit. que imprimis odium & aversio seu fuga rei cu  
juslibet, quia, ut ipse ait. Amor consistit in qua  
desc. 7. dam convenientia amantis ad amatum: odium,  
ut in quadam repugnancia vel dissonantia; o  
portet autem in quolibet prius considerare quid ei  
conveniat, quam quid ei repugnet. Per hoc enim al  
iquid est repugnans alteri, quia est corruptum,  
vel impositum ius quod est conveniens; unde  
necessè est quod amor sit prior odio, & quod nihil  
odio habentur nisi hoc quod contrariatur conve  
nienti, quod amatur. Quod autem odium sit mag  
is sensibile, quam amor, id provenit ex natura  
sensus, seu ex modo sensationis humanae, de qua  
longius esset dicere; sed nihil obstat, quin amore  
posterior sit odium, nihilque sit quod oderis &  
averseris, nisi quantum illud ames, cuius priva  
tio dolorem, metum, & odium, cæterasque na  
turales in te concitat affectiones.

Vide afflictos & perturbatos illos, de quibus  
sacra pissim Scriptura; Ss. Iuliem, Achabum, Ama  
num, Antiochum, & similes angore & metu cru  
ciatos, quid est quod ita cruciantur, nisi quod sua  
specie excedant, suis preventur optatis, & ut scriptu  
ræ verbis utar, quia non factum est eis, sicut cog  
itabant: Sic plane tu, si sic times aduersa, ut ad  
ea non sis paratus, nimis amas prospera; si sic  
times paupertatem, ut eius metu nimis anga  
ris, nimis tua diligis; si contemptum tui, si mor  
bos si mortem, & alia vita incommoda sic ab  
horres, ut ne eorum quidem cogitationem velis  
suscipere, quia te ad illa preparas, nimis hono  
rem apetis, nimis sanitatem amas & vitam, & vo  
tu, quia diligis primas Cathedras, & salu  
nationes in foro, hunc prima ma  
li labes, quia nimis di  
ligitis.

## II. PUNCTUM.

**S**ED nimis affectus prosperus, non est ad ipsa bene pa  
ratum esse.

Agitur enim de præparatione seu dispositio  
ne animi, qua cum virtute & merito apud Deum  
prospera usurpentur, primo quidem ne nos ni  
mis attollant & inserviant, tum ut Deum benefa  
ctorem in his laudemus & amemus, sicut præ  
paratur animus ad adversa, ne his contingentibus  
nimis deprimatur, seque nimis abiiciat, sed  
potius ad Deum seculat. Jam verò quis non  
videt nimiam ad prospera propensionem, non  
efficere illam animi dispositionem, quæ cum vir  
tute conjuncta sit?

Oporteret quippe in honore tremere ne su  
brepatur superbia, ne se insinuerit ambitio, vanitas,  
cæteræque virtutis pestes: Amor autem honoris  
contra potius exultantes facit, & securos; *Nunc* Jer. 4.  
*autem exultatis in suberbis vestris: omnis exult  
atio talis maligna est.*

Oporteret in divitiis, de bonis cogitare ope  
ribus, & de largia in egenos profusione: At divi  
tiarum amor animum potius occupat ad opes  
conferandas, vel augendas: ubi enim est chefan  
rus tuus, ibi est & cor tuum. In deliciis vero qua  
tâ continentia quanta modestia esset opus? At  
deliciarum amor, quâni contrâ vetusti profulos  
amatores in eas faciat, testantur hæ apud Sapien  
tiam illorum voces: *Venite & fruamini bonis qua  
sunt, & utamur creatura, tamquam in juventute* Matth. 6.  
*caseritis.*

Sicque appetet evidenter, quam longè sit ab  
illa dispositione animi, quæ necessaria est ad vir  
tutem in prosperis, nimis prosperitatis affectus  
cum inde virtus omnis pereat, & vivum potius,  
ac perditio illa sequatur de qua Sapiens: *Aversio Propterea  
particularum interficiens, & prosperitas finita  
rum perdit illos.*

## III. PUNCTUM.

**N**IS ergo probè paratus sis ad adversa, nec ad  
ipsa prospera bene paratus es; quia illud ip  
sum quod te impedit, ne sis ad illa paratus, te im  
paratum facit ad hæc, nempe nimis ad commo  
ditates & prosperaque affectus. Ille est qui  
adversitates nimis horret, ille est qui prosperita  
tes nimis amat; sicque ad neutrum bene paratus  
es, cum ad utrumque tamen presto & paratum,  
ex æquo, te esse oporteret, & cum Davide dicere:  
*Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Et Ps. 86.  
cum



2.Cor. 6. cum Apostolo : A dextris, & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam.

Ostet 6. Quid speras alioquin ? quid intendis ? quid tandem de te statuendum putas ? Quid faciam tibi Ephraim ? quid faciam tibi Iuda ? Si divitias, si honorem, si prosperum aliquem succelum immisero, statim emollitis, insolefcis, in tuum naturale bonum, & commodum veris ; Sin verò te adversis premam, illicò frangeris, despones, murmuras, & in Medicum surgis. Quid fiet tandem illi viro, qui nec prosperis bene uti potest, nec adversis ? Nonne est velut lignum aridum, velut lignum vitis præcisum, quod nullis agricolarum usibus prodens, nullis fabrilibus operibus deputatur ? Fili hominis, quid fiet de ligno vitiis ? Gravius sanc expostulatio, gravius sermo Domini apud Ezechielem contra eum, qui se suā culpā sic ineptum reddit ad omnia. Nihil illi superest nisi ignis, nisi combustus, id est ex hac etiam vita calamitosum aliquod pœnæ genus, unde impior & miserior reddatur : sic enim loquitur : Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus, quanto magis cum illud ignis devoraverit & combusserit, nihil ex eo fiet opere !

6.Coll. c. Est etiam apud Cæshaniūm egregius de hoc argumento locus, ubi hæc inter alia, præclarè ad rem nostram : Omnia aduersa vivo insipienti. Nec enim prosperis rebus prospicit, nes emendatur aduersis ; Ejusdem namque virtutis est, tristia fortiter tolerare, cuius etiam secunda moderari : Enim qui in uno eorum superatur, neutrum sufferre certissimum est. Tum vero ut simus ambidextri, & quomodo possimus esse, sicut ille Aoth in libro Judicium suisse describitur, qui utraque manu utebatur pro dextera, fuse declarat : Si videlicet ea

qua prospeta sunt, dextraque consentur, & ca qua aduersa sunt ac sinistra dicuntur, bone rectoque usu ad partem fecoris dexteram pervenire ; ut quacunque fuerint illata, sint nobis secundum Apostolum, arma Iustitia ; Eccl fine concludens : Erimus igitur ambidextri, quando nos quoque rerum presentium copia vel ìmopia non mutarit ; Et nec illa nos ad voluptates noxie & remissionis impulerit, nec ista ad desperationem astrinxerit & querelam ; sed similiter Deo gratias in utroque referentes, parem fructum de secundis aduersisque capiamus, qualem se verus ille ambidexter Doctor gentium fuisse testatur dicens : Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse, scio & humiliari, scio & abundare, subique & in omnibus institutus sum, & saturari & esurire, & abundare & penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat.

Ezech.15. Si sic posses, nonne velles ? sed unde ille potuit & voluit, nisi à Gratia, quæ se modo tibi offert ? vide ne negligas ; Vide quæ Dominus cum Jobo differit de præparato ad bellum equo : Exultat audacter, in occursum pergit Job. 29. armatis, contemnit pavorem, nec cedit gladio. Et quæ plura ibi leguntur, quæ ut sunt à sancto Gregorio exposita, videri possunt in secunda parte, Feria sexta infra Hebdomadam 8. xagesima : & Feria 4, infra Hebdomadam 2. Quadragesima : Et vide Sabbato ante

Dominicam Palmarum.

.... (O) ....



SAB-

S A B B A T O .  
DE PURITATE ET EXCELLENTIA  
CHRISTIANÆ RELIGIONIS IN QUOCUN-  
QUE VIVENDI STATU.

*Dicebat autem & similitudinem ad illos, quia nemo commissuram à novo  
vestimento immittit in vestimentum vetus; alioquin & novum  
rumpit, in veteri non convenit commissura à novo.*

Luc. 5.

VERITAS PRACTICA.

*Sicut à veteri lege, sic à veteri homine, unicuique Christiano est abstinentia.*

*RATIO EST. Quia idcirco à veteri lege abstinenimus, quia per Christianam Religionem lex illa est antiquata. Sed eadem lege Christiana, vetus homo est abstinatus.*

*Ergo pariter abstinentiam.*

L P U N C T U M .

**D**e perfectione vivendi quæstio & sermo erat Christo Domino cum Phariseis; jamque illis ostenderat nihil obesse perfectioni suorum, si strictius illud vita genus nondum susciperent, quod esset aliquando secessari. Nunc vero pergens declarat eis duplice similitudine, non nisi prudenter fieri, quod tempus aliquando interponatur, ut interim capaciores, & fortiores sint discipuli ad capessendam eam perfectionem, quam professuri sint. Sicut enim, inquit, nemo prudenter à vestimento novo partem seu frustum tollat, ut veteri refaciendo insuat, quia sic novum perire vestimentum, nec vetus aptè refaceretur: Et sicut in utes veteres vinum novum non infunditur, ne multa effervescentis violentia dirumpentur utes; sic neque imperfectis & iofirmis, quales sunt adhuc mei discipuli, gravia illa perfectionis vite præcepta, seu exercitia sunt imponenda, ne cùm sint amates illis ferendis, onus excutiant; sed paulatim formandi sunt & roborandi, quia illa etiam perfectio, ad quam eos ego destino, tam sublimis est & excellens, ut mihi prius sint suaviter dispoendi & preparandi, quam illi

eam aggrediantur. Quantura est enim distinctione rei novæ pretiosæ, & excellentis, à veteri 1,2,q,96, deficiente & caduca, tanta est legis novæ à me instituenda, ab illa quæ vobis Iudeis est tradita; ac proinde sicut veteribus non sunt nova permisenda, sic neque legi Mosaicæ lex Evangelica, nec veteri homini novus homo conjun. Hebr. 8, gendus, sed expectandum donec antiqueretur & senescat, quod est propè interitum, ut sic nova Apoc. 21, faciat omnia.

Sic sancti Patres hæc Christi Domini verba interpretantur, Sanctus quidem Hieronymus, vestimentum, inquit, *vetus*, & *utes vetres*. Scribe & Pharizæ: Vestimentum & vinum novum præcepta Evangelica; Sanctus quoque Ambrosius, Non sunt actus novi & veteri homini miscendi. Brevius interlinearis: Repugnat nova vita veteri; Quæ interpretatio non modo de Apostolis & perfectis viris intelligenda est, sed universim de tota Religione Christiana, seu de singulis quibuscumque statibus & personis, licet in diverso perfectionis gradu, ad omnes tamen spectat, omnibus generatim proponit. Quod sicut à veteri lege, sic à veteri homine, unicuique est abstinentiam in suo statu.

Quæ quidem Veritas, & ad excellentiam Christianæ religionis demonstrandam, & ad communem quandam perfectionis proximam declarandam, plurimum facit.

Ratio autem Veritatis propositam manifesta est & aperta ex sacris Scripturis, ut sit fide magis opus, quam discursu. Nam unâ profusa eademque lege, lex vetus, & vetus homo proscripta sunt & antiquata, unde si de uno credas, credas necesse est de alio, aut de utroque dubitabis.

Quid est enim quod modò Circumcisio, Purificatio, aliæque ceremoniæ & sacrificia Iudeorum non usurpantur, nisi quod novâ lege Christiana



Christianā, cuius erāt umbrāe & figurāe, ut toties monet Apostolus, abrogentur? Neque enim de se mala erant; absit cogitare, cūm à Deo fuerint ordinata & præscripta; sed ideo tantum erant bona, quia præscripta & ordinata; unde cum jam non ordinantur, imò cūm jam sint vetita & prohibita, non usurpantur, atque idcirco non usurpantur, quia nūc à nova lege præscripta sunt. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Euauemati estis à Christo, qui in lege justificamini, à gratia excidistis: NAM in Christo Iesu neque Circumcisio aliquid vales, neque prepūgium, sed fides quæ per Charitatem operatur. VOS in libertatem vooatis estis, ab illa scilicet veteri lege, quæ erat servorum, & servitatem seruiebat durissimam. Nonne hoc credis? nonne Judaismum detestaris? nonne illum tam alienum à Christiano putas, ut qui vel tantillum judaizaret, non omnino esset Christianus? Gratias tibi Christe Iesu, cui debemus hoc, quod credimus, & quod profitemur.

## II. P U N C T U M.

**S**ED cādem ipsā lege Christianā, vetus homo est præscriptus & abjuratus.

Hoc attentius est considerandum, & primū expende, quid sit vetus homo, nempe inclinatio naturæ nostræ corruptæ ad bonum sensuale, ad honores, ad commoda, & delectationem sensuum, uno verbo. Concupiscentia est depravata, quām à veteri homine, id est Adamo nascentes accepimus. Peccante primo homine, inquit sanctus Augustinus, vitium pro natura inlevit.

Tract. 4.  
In loan.

Secundū adverte, quod tametsi habitualis illa concupiscentia radix est malorum omnium proprietamen malum eius, de quo hic agitur, non est nisi in actu voluntario, quando scilicet motum inordinatum volentes sequimur: atque adeo, hoc est propriè quod in Propositione dicitur esse propter lege Christi, à, ne scilicet illum naturæ corruptæ motum sequatur. Hoc est quod dicit Apostolus, veterem hominem nostrum simul cum Christo crucifixus esse, ut destruatur corpus peccati, & ultrà non serviamus peccato. Sicut enim crucifixus ita ligatus est, ut se moveat non possit motu naturali: Ita quilibet Christanus legi Christi sic obligatus est, ut se moveat non debeat motu quovis inordinato naturæ depravata. Hoc est quid idem ait, nos mortuos esse cum Christo, simili que

Haynerius Pars prima.

cum illo resurgentem vivere Deo; quia perinde debemus abstinere motibus vita sensualis, ac si omnino essemus mortui. Talis autem mors vita est, vita spiritualis, vita divina, unde tandem concludit. Non ergo regnet peccatum in vestre mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius; sed neque exhibeat membra vestra, arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viventes. & membra vestra armia iustitiae Deo. Quod alibi expressius; Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.

Gal. 4.

Tertius denique Considera, quām verē & certō, cādem lege Christiana vetetur hic vetus homo, quālex ipsa vetus prohibetur; Non potest autem evidenter id demonstrari, quam quod iisdem pland verbis, eodemque sensu Apostolus indiscriminarim de utroque loquitur, & utrumque simul se exuisse assertit, cūm se unum exuisse dicat; Nec aliter scimus Apostolum mundo & carni non vivere, quām quibus verbis scimus, illum legi Judaicæ mortuum esse. Ad utrumque enim hēc & similia, quæ passim habet in epistolis, referuntur. Egō per legem, legi mortuus sum, ut Deo vivam. Christus confixus sum cruci; Vivo autem jam non ego, vivit verē in me Christus. E post multa ibidem in hunc sensum relata: Mibi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est. & ego mundo In Christo enim Iesu, neq; circumcisio aliquid vales, neque prepūgium, sed nova creatura. Et quicunque hanc regiam sequuntur fuerint, pax super illos. & misericordia & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit ego enim in stigma Domini Iesu in corpore meo porto.

Gal. 2.

IItemque alibi luculentē. Qua mihi fuerunt lucra, hac arbitrarii sum propter Christum detrimenta; verumtamen existimо omnia detrimenta esse, propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimenta feci. & arbitror ut stercora, ut Christum lucris faciam.

Quid putas Apostolum his velle verbis? Quonodo hēc interpretaris? Vide antecedentia, & consequentia, consule quos volueris Patres, anq; os atque novos Interpretes, & unā omnium vocē dicas hēc Apostoli verba, tam de lege veteri, quām de veteri homine in proprio & literali, ut vocant, sensu esse intelligenda, quia utrumque scilicet unum, & idem est; nec alter intelligitur quemquam esse Christi eu-

Dī

Christi



Christianum, quām si utrumque exuerit, & legem, & hominem veterem: utrique mortuus sit, utroque sit liberatus, & pro utroque unum sibi esse Christum profiteatur. Nam quod defeat Apostolus, hoc de omnibus ita esse oportere planè affirmat: *Quicunque in Christo baptisatus estis, Christum induisse;* Non est Judas, neque Gracchus, non est servus, neque liber, non est masculus, neque fæmina, Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu.

O Christianam nobilitatem! O quis mente comprehendat, quid sit Christum induisse? quid sum ipso unum esse!

### III. P U N C T U M.

al. 3.  
Joan. 1.

**S**IC VIT ergo à veteri lege, sic à veteri homine, unicuique Christiano est abstinendum; Cum par utriusque simul cùdem lege novâ, quæ dicitur Gratiae & Libertatis, sit abrogatio & condemnatio. Idcirco enim dicitur Lex Gratiae, quia revera ex se gratiam continet atque offert, quā non minus homo iste vetus exuatur, quām lex ipsa Mosaica deseratur; ac proinde etiam longe major est obligatio ex lege illa gratiæ veterem hominem exuendi, & omnis reprehendere concupiscentiæ, quām esset ex lege scripta, qua licet veteret concupiscentiam & omne peccatum inde procedens, non tamen conferebat gratiam quam lex nova confert ad hunc effectum: *Lex inquit, per Moyensem data est, Gratia & Veritas per Jesum Christum facta est.* Quod S. Augustinus sic exponit: *Non erat ista gratia in veteri testamento, lex enim minabatur non opitulabatur, jubebat non sanabat, languorem ostendebat non auferebat sed preparabat medico venturo cum gratia & veritate.* Sic & interlinearis, vobis ab eo accipimus, quia lex non tollit mala, sed ostendit, & reos convinceit ut humilient se medico, nempe ut se sanando illi present, & prescriptis utantur ad salutem consilios & mandatis.

Atque hoc ipsum est quod profitemur in Baptismo nos velle; Hoc est quod ibi dicitur Christum induere & novum hominem, id est profiteri se velle vivere non secundum carnem, sed secundum spiritum illum Gratiae, quem

tunc accipimus; Unde nihil restat quām id exequi quod professi sumus. Quod ut fidelius à nobis fieri & constantius observetur: proponitur hic obligatio, quā sic tenemur omnes cum Divina gratia, quæ se propterea nobis offert, ad cavendos inordinatos concupiscentiæ motus, sicut ad ipsum Judaismum execrandum. Si enim utrumque est nobis perinde veritum, cur non utrumque perinde caveamus? Si de utroque periinde cavendo dedimus fidem & sponsonem in baptismo, cur unum planè nolumus, & non perinde aliud? Si nolles Circumcisionem, an velles Purificationem, aut aliam ceremoniam, quā se Judei expiabant? Si nolles Sacrificium expiationis facere, quo illi faciebant modo, an velles eorum holocausta? Sacrificare nolles omnino, sed cur portò nolles; nisi quia ex quo illa omnia simul perinde sunt verita? At si ergo non minus est veritus ille pravus concupiscentia motus, quo te impelli sentis in peccatum, cur non ita refugis? ita execraris?

Dices fortè, non esse tam grave peccatum, consentire concupiscentiæ, quām Judaismo. Sit ita sane, sed an propterea licet consentire concupiscentiæ? an putas leviora peccata non minus esse verita, & fugienda, quia sunt leviora? Facilius est illa quidem incurire, sed non propterea libertor concessa est incurrendi facultas: immo quo propensio major est & evidenter periculum, eo major est adhibenda cautio: ut evitetur, nec minor illa cautio esse debet, quām si de graviori peccato, si de fide, si de Judaismo ageretur. Multa quidem contra opponet mundus, multa sensus depravatus, & invenitudo; Verum ipsa est prava concupiscentia, quia nos sic fascinat, & infatuat, unde hoc ipsum quod Judæus Apostolus, nebis est applicandum: *O insensati, quis vos fascinavit non ebedre veritati, ante quorum oculos JESUS CHRISTUS prescriptus est, in vobis crucifixus!* Envidetis ipsum Iesum velut proscriptum, ut in vobis proscribat veterem hominem; & cum revocatis, quem proscribit; neque vos moverit ista Christi Iesu, pendentis & Crucifixi spes! Perge ultra hi in hoc affectu.

DOMI-

